



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 126. Bessarionis Opera

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.
A.C. 1472.

§. CXXVI.

Bessarionis Opera.

Dupin. Bibl. script. sæcul. XV. Reliquit posteris præclara ingenii sui monumenta. Scripsit enim tractatum de Sacramento Eucharistiæ, & de verbis Consecrationis, in quo Latinorum doctrinam adoptare visus, Græcorum objecta confutat; sermonem dogmaticum de causis schismatis, & alium de unione; libellum de Processione Spiritus Sancti, necnon defensionem Decreti Florentinæ Synodi ad Alexium Lascarim; Apologiam Joannis Vecci unacum refutatione tractatus, quem Palametes conscripsit. Edidit quoque epistolam ad Constantinopolitanos, & responsionem ad IV. argumenta Maximi Planudis de processione Spiritus sancti. Cuncta ista opera in

Collect. Conc. 6. Labb. to. 13. Collectione Conciliorum habentur, ab Arcudio publici juris facta. Præterea

Vid. §. XIX. alios nonnullos elucubravit tractatus de Philosophia, ac præprimis Apologiam Platonis contra Gregorium Trapezuntinum, cujus jam supra meminimus; librum de Legibus; tractatum de natura & arte ad eundem Gregorium Trapezuntinum, Epistolam ad Moderatorem liberorum Principis Thomæ Palæologi de eorum educatione; orationem ad Christianos Principes adhortatoriam ad bellum Turci-

Turcicum, præter quasdam Epistolas par- Sæcul. XV.
 tim typis excusas, partim nondum in lu- A.C. 1472.
 cem editas. Optabilis sane esset labor,
 si omnia hujus Cardinalis opera in unum
 volumen collecta publici juris fierent.

§. CXXVII.

*Legatio Borgiæ Cardinalis in
Hispaniam.*

Interea Borgias Cardinalis S. R. E. Can-
 cellarius patria Valentinus ejusdem Mariana
 que civitatis Episcopus, in Hispaniam hist. Hisp.
 destinatus est Legatus, iisdem instructus l. 23. c. 18.
 mandatis, quæ Aquilejensi pro Germa- Papiens.
 nia, & Bessarioni pro Galliis nuper da- epist. 44r.
 bantur. Die vigesima Junii Valentiam Surrita an-
 appulsus, omni officiorum genere, atque nal lib 18.
 ingenti lætitiæ significatione excipieba- c. 40. & seq.
 tur; paucos vero dies ibidem diversatus,
 Tarraconam contendit, ut cum Ferdi-
 nando Siciliæ Rege consilia conferret.
 Ea occasione diploma dispensationis Apo-
 stolicæ in connubio Regis cum Isabella
 Infante Regi porrexit, illudque Archie-
 piscopo Toletano summi Pontificis jussu
 promulgandum tradidit. Inde Barcino-
 nem delatus, Arragoniæ Regem, qui hu-
 jus urbis obsidioni intentus erat, adiit;
 dedita autem Barcinonensi civitate Bor-
 gias in Castellæ Regnum concessit, ubi
Hist. Eccles. Tom. XXIX. D d Ma-